

304

302

308

de facili confringuntur, in quo periculo fuit S. Paulus hanc navi-  
gans insulam, ut patet Actor. 28. In ea, dum ignem faceret,  
vipera manui ejus adhaesit, quam in ignem excutiens venenum  
evasit, unde incolae barbari dicebant, ipsum esse deum.

298

Haec insula dicitur Lesbos, Mitylena tamen filia regis Macharei,  
civitatem in ea construens Mitylenam, a qua insula nomen accepit.  
Tempore Moysis aedificata fuit urbs illa. Est autem rebus omnibus  
refertissima, duos habens portus multarum triremium et navium  
capaces, eamque S. Paulus ad fidem convertit, in qua mansit usque  
ad nostra infelicia tempora fides. Nam anno 1467 Machumetus,  
Turcorum imperator, ipsam insulam maxima cum humani sanguinis effusione cepit, diripuit, ejus quoque omnes animas in Asiam  
transportavit.

313

De hac insula Lesbos fuit Theophrastus, Aristotelis successor.  
Dum enim Aristoteles ad finem vitae venisset, venit ad eum turba  
discipulorum suorum obsecrans, ut aliquem eligeret sui magisterii  
successorem; erant autem duo praecipui inter eos, Theophrastus  
et Mimedemius, quorum primus de Lesbos, alter de Rhodo, quae  
insulae sunt Aegei maris, oriundus fuit. Porro ambae insulae  
vino optimo sunt foecundae. Cum ergo Aristoteles differret instituere  
successorem et discipuli instarent, inter convivia postulat  
Aristoteles potum et hausto poculo, quod tunc in mensa habebatur,  
dixit, vinum illud insalubre et asperum, laudans vinum Lesbium  
et Rhodium. Statim autem utrumque adlatum vinum et ab  
eo gustatum, praetulit Rhodio Lesbium et ita post paululum mor-  
tuus est. In eo autem, quod Lesbium vinum elegit et praetulit,  
intellexerunt discipuli, Theophrastum Lesbium pree cunctis eminere,  
sicque eum ut Aristotelem habebant.

293

353

253

403

203

Ende

Anfang

Inde in paucis horis cum eodem vento venitur in Phrygiam,  
regionem Asiae, quae dicitur Phrygia ab Europae filia; alias no-  
minatur Dardania a Dardano, qui de Graecia profectus pervenit  
in Phrygiam et ibidem primitus regnavit et ipsam maris oram,  
in qua habitavit, de suo nomine appellavit, post quem filius ejus  
Erichthonius, dein nepos ejus Tros, a quo civitas Troja nomen  
acepit, quae in Dardania vel Phrygia est, et a Troja regio dicta  
est Trojana, et nonnumquam regio et civitas dicuntur Ilion vel  
Ilium, ab Ilo, filio Tröis. Fuit autem Troja sive Ilium constructa  
tempore judicis Israel Ajoth, de quo judice Judicum III. habetur.

